

Nam. 16.

Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus.

VERSIONES.

Arias n. 15. Vt vidit, quia sanatus est. Syriacus. Alta voce glorificabat Deum. Vatabl. Theo- Et procidit in faciem ad phyl. n. 16. pedes eius. Syriacus. Gratias agens ei.

EXPOSITIO III.



VNS autem ex illis. Exprimitur vnus, qui venit agens gratias, suum debitum adimplens. Semper iusti rari, & pauci, qui suo muneri satisfaciunt. D. Anselmus in presenti ait: Quod dicitur vnus, intelligendum est, non diuersis voluntatibus se varians, sed in vna perdurans. Et sic dicitur vnus, quasi minimè diuisus, minimè se partiens in diuersa, in Deum, & in mundum; sed vnus integer, & totus, vt hilarem decet datorem, se se præsentalat Deo. Vt vidit, Carthusianus, per experientiam, ac corporalem intuitum, carne sua in colore, ac dispositione tam euidenter, ac mirabiliter subitò mutata. Quia mundatus est. Græcus, Sanatus est. Recognouit in se beneficium acceptum. Inde multi in donis acceptis ingrati persistunt, quia beneficia, in se ipsos collata, non considerant. Mundatus est: Carthusianus, à Lepra corporali, imò & spiritali, quia, vt creditur, Christus mente curauit, quos corporaliter sanauit; nam ex Dei gratia in eis excitabatur actus contritionis, quo iustificabantur. Regressus est ex medio itinere ad Iesum, cum agnoscens suam sanitaris auctorem. Quatuor facit homo: Regressus est; magnificat Deum; cecidit ante pedes; gratias agit. Regressus est ad Christum, vt ei firmiter adhereret, ab ipsoque minimè separaretur. Cum magna voce, per quam, ait Hugo, exprimebatur gaudij magnitudo, beneficij excellentia, cuius testes volebat esse omnes. Glorificans Deum, à quo per Iesum curationem à Lepra acceperat.

45. Anselm. Homo se Deo totum offerat. Carthuf. Græcus. Carthusian. Hugo. 46. Bostrensis. Cassian. Beda. Zacharias. Haymon. Ant. Vlyssip. Hugo.

Homo suo officio satisfaciens; alios non desinit

ei, à quo tantum acceperat beneficium. Nota, quòd hic homo tantum satisfaciit suo muneri, vt pro se det gratias, socios autem, qui abierunt, de ingratitudine non acculat. Hic erat Samaritanus, de quò plura infra.

QUESTIO VII.

Quare iste Samaritanus, vt se vidit mundatum, reuertitur ad Christum, non curans eius præceptum de adeundo sacerdote?

DOMINVS mandauit Leprosi, vt irent, & se ostenderent sacerdotibus; cum autem irent, seu inter eundem, mundati sunt; hoc est, cum non longe essent à Christo, & tanquam ad sacerdotes peruenirent, in via mundantur. Vnus autem ex illis, cum se mundatum agnouisset, ex ipsa media via reflectens iter venit ad Iesum, suæ sanitatis auctorem. Cur iste Samaritanus non adimplet Domini præceptum, vt ad sacerdotes pergat, eisque se ostendat, & tunc reuertatur ad Christum?

Respondet primò Ericus monachus in homilario. Iste solus mundatori suo gratias acturus rediit, sacerdotum, ad quos missus fuerat, conspectibus se ostendere, parumpendens, vero sacerdoti, qui est sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, quique Pontifex pontificum, sua ora studuit presentare. Quod etiam docet Simon Cassianus lib. 5. cap. 31. Cum iste homo, vt dixi in expositione, ex Carthusiano, simul cum sanitate corporis reciperet mentis sanitatem, iam sanè mente cognouit Christum suæ sanitatis auctorem, cognouitque eius diuinam potentiam, ipsamque esse verum sacerdotem, & pontificem; indeque iam paruipendit cæteros legis antiquæ sacerdotes, solumque studet se Christo presentare, eique adherere: nam ob Christum cætera omnia sunt omittenda, & contemnenda, solumque curandum, vt semper Christum teneamus, ab illòque minimè discedamus.

Secundò Titus Bostrensis. Samaritanus, ait, solus ad Saluatorem reuersus gratiam agnouit, & gratiarum reuoluit actiones, sanitarum stabiliens, ne, ferè inquiring, propter ingratitudinem, reciduum patitur. Vbi se vidit alienigena iste sanitatis beneficio donatum, statim omiſſa via, qua ad sacerdotes pergebat, ad Christum reuertitur. Timebat, ne in aliquam ingratitudinis notam incideret, ob quam totam adeptam gratiam perderet. D. Laurentius Iustinianus lib. de Humil. cap. 15. Ingratitudo, ait, disperdit etique aggregatas cum sudore maximo spirituales diuitias, obstruit contra se ostium diuinae bonitatis, misericordiarum Dei exsiccatur fontem, & charismatum celestium communicatione se priuat.

Tertid. Vt Samaritanus se mundum videt, statim absque vlla mora in Dei laudes prorumpit, & omisso ad sacerdotes itinere ad Christum reuertitur, eum vt suum sanatorum cognoscens, illique pro tanto beneficio gratias persoluens: pro donis etiam acceptis illico gratias sunt referendæ. Seneca lib. 3. de Beneficiis sic ait: Qui gratias statim non persoluit, nullum habet, quo lateat, patrociniū.

Componit Dauid Psalmum in laudem Dei, qui cum

47. Difficultas quaestio. 48. Ericus. Cassianus. Ob Christum omnia contemnenda, & omittenda. 49. Bostrensis. Gratitudine firmantur beneficia, ingratitudine depauperantur. Laur. Iustia. 50. Gratiarum actiones illico pro beneficiis exhibenda. Seneca. 51.

EXPOSITIO IV.



ESPONDENS autem Iesus, verbis scilicet, ac factis Samaritani. Nonne decem mundati sunt? Non solet Deus beneficia data improperare Iacobi cap. 1. n. 5. Qui dat omnibus, affluenter, & non improperat. Tamen nostra ingratitudo eum ad hoc quodammodo cogit, vt Deuteron. 19. num. 5. beneficia Populo collata referat Dominus: Non sunt atrita vestimenta vestra. Et ad Dauid 2. Reg. 12. num. 7. Ego vixi te in regem. Et loquitur Christus in presentem per interrogationem ad maiorem emphasim, ac energiam orationis. Achi dicat: Cur etiam illi, sicut & tu, non agnouerunt beneficium, vt ad me redirent, mihi que benefactori suo gratias referrent: sed læti nouem pergebant ad sacerdotes, vt ab eis declararentur mundi, ac hominum consortio restituerentur. Et nouem vbi sunt? Optime sciebat Dominus, vbi ipsi existerant; tamen tali modo loquendi vitur. Interliuialis sic habet: Ingratos, quasi ignotos, vbi sunt? inquit Dominus. Quasi à Deo non cognoscerentur, qui beneficia diuinitus sibi collata non recognoscunt.

Non est inuentus, idest inter tot, non extitit, nec fuit, qui rediret, & daret gloriam Deo, qui veritatem testificaret, confitendo, ac prædicando, se à Deo per Iesum à Lepra sanatum; quæ erat magna; & ingens Dei gloria. Et notandum, quòd non dixit Christus, non est, qui rediret, & daret gloriam mihi: sed non est, qui rediret, & daret laudem Deo. Instruens nos, vt omnia nostra opera Deo adscribamus; & pro omnibus bonis, quæ operamur, Deo gratias referamus. Nisi hic alienigena, hoc est nisi hic Samaritanus alienus à gente, & religione Iudaica. Erant enim Samaritani, genere Babylonij, Assyrij, & Medi, quos Salmanasar rex Assyriorum adduxerat, & collocauerat in ciuitatibus Samariæ pro filiis Israel ad Assyrios translatis 4. Reg. 17. num. 24. Nisi hic alienigena. Non solum nouem ingratos arguit Dominus, sed etiam hunc alienigenam maxime laudat. Gratitude sic Deo placet, vt non esset silentio inuolenda, sed maxime prædicanda. Ingrati autem illi nouem Leprosi non sunt à Domino puniti, quia, vt ait Hugo, Misericordia expectat ad penitentiam; sicut & nos, qui, cum quotidie tanta eius beneficia accipiamus, valde nos ingratos exhibemus.

53. Iacobi 1. Deuteron 19. 2. Reg. 12. Interliu. Ingrati non agnoscuntur à Deo. 54. Nostri opera Deo referenda. 4. Reg. 17. Hugo. Dei misericordia nos expectat.

Psalm. 56. Psalm. 118. In reddenda gratiarum actione omnis diligentia seruanda est. Carthuf. Hugo. 52. Exod. 24. Arias. Lytan.

eum liberauit de manu Saul in spelunca. Sicque dixit Psalm. 56. num. 3. Clamabo ad Deum altissimum, qui benefecit mihi. Tandem Dauid per varios discursus considerans magnitudinem diuinorum beneficiorum erga se, ait num. 9. Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara. Exhortatus se ipsum, animamque suam, ac sua musica instrumenta ad reddendas pro tantis donis gratias. Dauid in decantandis diuinis laudibus diligentissimus erat, vt ipse de se testatur: Media nocte surgebam ad confitendum nomini tuo. Psalm. 118. n. 62. Quomodo ergo nunc pro gratiarum actione se excitat? Verum est, quòd Dauid in Dei laudibus decantandis valde sedulus, ac studiosus erat: tamen pro tam magnis beneficiis acceptis tanta solertia in referendis gratiis exigitur, vt quæuis soltra diligentia, quædam veluti pigritia, ac tarditas videatur, & esto multa cura huiusmodi gratitudinem fieri iudicemus tamen pro nostro munere morose adimpletur. Vnde Dauid de sua magna diligentia non multum securus se exhortat dicens: Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara. Pro seque respondet, Exurgam diluculo, seu, vt explicat Carthusianus, Valde diluculo confitebor tibi in populis, Domine. Hugo. Sic alaudæ, vt alie aues, quæ diluculo surgunt, statim incipiunt laudare Creatorem suum.

In monte accepit Moyses legem à Deo, multaque ei sunt facta diuina promissa, de Angelo in ducem itineris præmittendo; de terra Chanaan, inimicis expulsis, possidenda. Cùmque Moyses de monte venisset ad Populum, scripsit vniuersos sermones Domini. Et mane surgens adificauit altare ad radices montis. Exod. 24. num. 4. mane surgens, legit Arias, manificauit in mane, id est, valde diluculo surrexit, reedificauit altare. Ad quid summo mane ante Solis ortum altare extruit? Cur non potius alta die, relucente Sole altare adificatur, vt tunc omnis populus magno applausu ac festiuitate adesset? Post diuinam legem acceptam, postque tanta diuina beneficia in se, ac Populum collata, bene conscius Moyses diuinorum mysteriorum, non moras patitur, nec aliquam tarditatem sustinet, sed summo mane inuigilat, altare erigit, vt debitam gratiarum actionem reddat; Lyranus, Adificauit, inquit, altare ad gratiarum actionem.

Luca 17. n. 17. Respondens autem Iesus dixit: nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? Num. 18. Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.

VERSIONES.

Vatabl. n. 17. Nonne illi decem mundati sunt? nouem autem illi vbi? Arias. At nouem vbi? non sunt inuenti redeuntes dare gloriam Deo. Syriacus n. 18. Quare separati sunt, quin redierint daturi gloriam Deo, nisi iste, qui est ex populo extraneo.

QUESTIO VIII.

Quare illi nouem Leprosi non sunt ad Dominum regressi?

PRIMO respondet Titus Bostrensis. Nouem Leprosi, in ingratam obliuionem lapsi, non sunt reuersi. D. Bonauentura. In hoc manifeste ostenditur Iudaorum ingratitudo, quia, cum essent nouem, nullus ex eis rediit. Similiter alij Patres, Euthymius, Theophylactus, Beda, Haymon hoc eorum ingratitudinem referunt, qua solent homines post accepta beneficia sui benefactoris obliuisci. Filios enutrimus, & exaltauimus, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini.

55. Bostrensis. Bonauent. Euthym. Theophyl. Beda. Haymon. Ingrati de beneficiis non recordantur. domini



Haia r. Zeno Veron.

domini sui, Israel autem me non cognouit. Isai. 1. num. 3. D. Zeno Veronensis serm. 5. de Isai. Exaltatos appellat, inquit, ut ingratos ostendat, bonem illis, asinumq. praeponit, ut gratius possint, si respiciant, comparatione torqueri, quam poena. Vide superior cap. 12. quaest. 10.

Secundo. Depingitur in his Leprosi humana conditio, quantumque animae salutis proficit omnis fortunae aduersitas; quantumque obicit felicitas: quando enim isti infirmitate, ac illius oppressione vexabantur, Christum quaerunt, eique occurrunt, ac ad ipsum clamant: Iesu praeceptor miserere nostri. At postquam sanitatem impetrarunt, simul cum morbo beneficii memoriam deposuerunt, ut iam amplius non Christum quaerant, nec de ei gratificanda salute sint solliciti.

Tertio. Iudaei non veniunt ad Christum. Sic saepe contingit; ut patritij, ac conciuus suo benefactori donum non gratulentur; existimant enim, iure patri sibi debere beneficium. Quarto. Quia saepe pudet homines, coram suo conciuie se humiliare, ac suam miseriam, qua ab illo liberati sunt, agnoscere. De his vide, quae dixi tom. 3. cap. 31. quaest. 8. ubi multa, quae faciunt ad hoc statutum.

Quinto Carthusianus. Queritur, ait, quomodo isti nouem reuersi non sunt, si a Christo non solum corporaliter, sed etiam spiritualiter curati fuerunt? Ad quod quis respondere potest, quod simul corporaliter, spiritualiterq. in via ad sacerdotes mundati sunt, sed postquam sacerdotibus sunt locuti, ab eisdem seducti fuerunt, sicq. ingrati effecti sunt, & reciduaerunt. Vna mala societas, pessima conuersatio multa mala intulit: a malis templi ministris malignam ingratitudinem ebiberunt.

Sexto. Leprosi Iudaei, homines ex suo genere peruersi, & mali; tamen iam a Christo sanati, ad templum, ac ad sacerdotes pergebant, & tamen incidunt in ingratitudinis vitium, ut nec e via, nec e templo ad Christum regrediantur, sanitatem ab ipso acceptam gratificantes. Malignus valde infelix est, quocumque se verterit, malum suum secum defert, venenaeque sua illi semper insunt, eumque concomitantur. Qui morbo premitur, illiusque doloribus torquetur, etiamsi per vices lectum, domum, vel locum alternet, quocumque se vertat, morbi angustias vexatur. Seneca lib. de Paupertate. Quemadmodum nihil refert, inquit, utrum agrum in lecto ligneo, aut in aureo colloces, quocumque illum transuleris, morbum suum secum affert: utrum ager animus in diuitiis, vel in paupertate sit; malum suum illum sequitur.

Vexatur Aegyptus plagis septem. Veniunt scyniphes, musca, grandines, & tenebrae. Tamen ait Deus: Faciamq. mirabilem in die illa terram Gessen, in qua populus meus est, ut non sint ibi musca. Exod. 8. num. 22. Pluit Dominus grandinem super terram Aegypti: Tantum in terra Gessen, vbi erant filij Israel, grandis non cecidit. Exod. 9. num. 26. Factae sunt tenebrae horribiles in vniuersa terra Aegypti. Vbi cumq. habitabant filij Israel lux erat. Exod. 10. num. 22. Ex quibus, & aliis locis colligitur Doctores, quod domus Hebraeorum immunes erant ab huiusmodi plagis. Merito dubitabis: Cur ergo Aegyptij, cum tot malis, ac vexationibus torquerentur, ad Hebraeorum domos se non recipiebant? Valde verissimile, quod multi ad illas confugebant, sed calamitates illae, musca, scyniphes, &c. eos ibi infectabantur Abulensis Exod. 8. quaest. 11. Aegyptius, inquit, domum Hebraei, quasi respiciaturus, intrare, musca eum illuc

Morbo, ac labore de Deo recordamur; felicitate obliuiscimur.

Homines nolunt coram suo conciuie humiliari.

Mala societas multum nocet.

Iniquus semper malitiam suam secum defert.

Seneca.

Exod. 8.

Exod. 9.

Exod. 10.

Abulens.

persequebantur. Nonne domus illa, ad quam se Aegyptius recipiebat, habitaculum erat gentis sanctae, & a Deo electae, ex ipsoque ab omni illa oppressione priuilegiatum? Maxime quidem, fugiens tamen Aegyptius iniquus, & peruersus erat, ab eoque non fugebant, sed ipsum insequebantur scyniphes, musca, ranæ, grandines, ac tenebrae, ut aperte tormentum hoc, non loci, sed hominum sceleris agnosceretur, quod scelus quilibet in pectore suo infernum secum deferbat.

Inito bello inter Iesum, & reges Amorrhæos, deuicti Amorrhæi fugam ceperunt; quos lapidati inuitatae magnitudinis grandis, immissa a Domino, ut explicat Caietanus, infectabatur, cui, ut ait Iosephus lib. 5. Antiquit. c. 2. addita erant fulgura, & tonitrua. Cum fugerent filios Isael, & essent in descensu Beth-boron, Dominus misit super eos lapides magno de celo usque ad Azeca, Iosue 10. n. 11. Dubitatur: An saua, illa, & dura grandis solum in via percuteret homines, an etiam in quocumque loco se recipere? Abulensis quaest. 8. In locis illis, ait, quae Chananaei fugientes, nondum attingerant, non cadebant lapides: cum vero illuc accederent, lapides cadebant, & consequenter eos lapides, quocumque irent, quasi essent iacula hostilia. Quocumque ibant Iesus hostes, eos diris ille turbis comitabatur, nec cum incederet, nec cum starent, ab eis diiungebatur; sed sicut malicia eorum indiuiduus comes erat, ita & asper ille cruciatus ab eis non discedebat: ut aperte deprehenderetur, quod tempestas, non loca, sed fugientium crimina infectabantur.

Iniquus quocumque vadit, sua omnia affigit malitia.

61.

Caietan. Iosephus.

Iosue 10.

Abulens.

Malitiam iniqui concomitatur poena.

QUESTIO IX.

Quare tam acurate exprimitur, quod iste, qui venit, dans gratias, fuerit alienigena?

NOTA D. Epiphanius haereti 66. contra Manichæos. Vnus Leprosus a Domino praeceperat. Vides, quod propterea, quod intellexerit beneficium, & propter gratitudinis opus, vnus pro decem mentionem facit. Decem mandati sunt, ait Dominus, & nouem ubi sunt? Et tamen pro his omnibus vnus alienigena ponitur: Vnus enim iustus bonus, ac gratus pro pluribus superabundat: Vnus pro decem mentionem facit.

Ad quaestionem primò respondent communitet Patres; Titus Bostrensis, Theophylactus, Beda, Bonauentura, quod hic homo ad Christum redierit glorificans Deum, ex eius gratitudine fuisse factum: Euthymius Fideles, inquit, decem Leprosi fuerunt, solus autem hic gratus fuit. Vnde rectè notatur D. Antonius Vlyssipponensis Dom. 14. post Trinit. Cardinalis Hugo, quod hic homo erat, & dicitur Samaritanus, interpretatur enim Samaritanus cultus donorum Dei; qui bene ea custodit, quod totum Deo, & nihil sibi attribuit. Psalm. 58. num. 10. Fortitudinem meam ad te, id est tibi attribuendo, ait D. Antonius, custodiam. D. Anselmus in propria homil. Custos, qui percepta beneficia seruabat per humilitatis custodiam. D. Bernardus serm. contra vitium Ingratitudinis. Felix Samaritanus ille, ait, qui cognouit, se nihil habere, quod non accepisset, idcirco conseruauit depositum, & cum gratiarum actione ad Dominum est reuersus.

62.

Epiphanius.

Vnus iustus pro multis.

63.

Bostrensis, Theophyl. Beda. Bonauent. Euthym.

Anton. Vlyssipponensis Hugo.

Psalm. 58.

Anselm.

Bernard.

Secun

64. Anselm.

Secundo D. Anselmus citatus, premens, cur hic homo, veniens cum gratiarum actione, alienigena dicatur. Qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Sic subdit: Quia non inuenitur, qui post acceptam veniam recordeatur diuinae pietatis, & ei gratias deuoto corde rependens, perseueret in bonis actibus, nisi qui non sit ex filijs terrene Babylonis, sed ex filijs Ierusalem caelestis. Ex omnibus illis decem non aliquis conciuus, sed vnus tantum alienigena reperitur, qui recognoscens beneficium acceptum, pro eo veniat Deo referens gratiam. Adeo mirabile est, quod quis gratum in perceptis donis se exhibeat, ut non videatur huius saeculi habitator, sed ab eo profusus alienus, ac coelestis patriae ciuis, qui suum in hoc negotio munus persoluit. Qui non sit ex filijs terrene Babylonis, sed ex filijs Ierusalem caelestis. Ex quo de hoc alienigena dicunt Beda, Glossa Ordinaria: Ille, qui gratias egit, vnica Ecclesia significatione approbatus, ac laudatus est. Ipsa declarata gratitudine, quodammodo hic humane naturae terminos transcendit, ut iam non hominem ageret, sed Ecclesiam, Christi sponsam representaret.

Retributio pro bonis acceptis non fit ab hominibus huius saeculi.

Beda. Glossa.

65.

Theophyl. Nullus ex humili genere desperat.

Gen. 11. 1. Reg. 13. 4. Reg. 26. 4. Reg. 21. Act. 16.

Math. 1.

Damian.

66. Theoph.

Tertio Theophylactus: Samaritanus, inquit, cum esset generis alterius reuersus est, & vocem gratitudinis emisit: ut nullus Gentilis desperet, & nullus de sanctis parentibus elorietur. Sic saepe inuenimus optimos filios ex pessimis parentibus natos: Abraham ex Thare Genes. 11. num. 29. Ionatham ex Saule 1. Regum 13. num. 3. Ezechiam ex Achaz 4. Regum 16. num. 20. Iosiam ex Ammone 4. Regum 21. num. 24. Timotheum ex patre Gentili Actuum 16. num. 24. Christum Dominum ex Thamar, Ruth, & Bersabee Matth. 1. num. 3. Pro quo argumento optime fatur Petrus Damianus opu. scul. 6. qui est liber gratissimus, cap. 19. Esti fur sit ille, qui seminat, terra tamen, auctore Deo, vices germinandi frugibus administrat. Licet sordida sit manus, aut leprosa, que plantat; mundus certe fructus decerpit, cum ad maturitatis plenitudinem peruenitur. Ex adulterino saepe coniugio pulchra soboles nascitur, & ex obscena voluptate parentum spectabilis oritur species liberorum.

67. Donum quominus expeditur, gratius.

68. Bostrensis.

Euthymius.

Quarto Theophilus in Catena aurea. Hinc poterit, inquit, quisque coniecere, quod nihil impedit, quemquam placere Deo, etsi de genere prophano processerit, dummodo bonum gerat propositum. Nullus etiam natus ex sanctis superbiat: nouem enim, qui Israelitae erant, ingrati fuerunt. Ex hoc facto nullus ex humili genere desperet, vt proxime dictum: nam alienigena ex Gentilico sanguine natus erat; nullusque ex sanctis parentibus ortus superbiat: nouem enim Leprosi ex illustri Abrahae genere orti erant, & tamen ingrati defecerunt, nec suum munus adimpleuerunt.

Sexto Titus Bostrensis: Vnus autem solus, ait, & ille quidem alienigena, debitam gratiarum actionem obtulit: promptiores namque fuerunt hi semper ad fidem amplectendam, quam ingrati Iudaei. Euthymius: Hic ostendit, inquit, quod magis gratius sunt Gentiles, quam Iudaei: hi enim beneficiorum continuo obliuioni traditi, & ingrati erga Patrem, Sylueira in Euang. Tom. IV.

& Filium apparebant. Nouem illi Leprosi Israelitae Iudaeos exprimebant, qui Christo ingrati, & increduli fuerunt. Solus Samaritanus, qui Gentiles credentes representabat, quod Deo, & Christo debebat professus religiosa gratitudine Iudaeos deiecit.

Iudaei in gratias ad benedicta, ad qua recolenda Gentilis propensus.

Innumera sunt beneficia, quae Deus populo Israelitico contulit, vt dicat Regius Vates Psalm. 67. num. 10. Pluuiam voluntariam segregauit Deus hereditati suae; seu, vt legitur ex Hebraeo apud Lorinum, Pluuiam liberalitatum; multorum scilicet donorum, quae in eos distudit, vt oculis aperte viderentur, manibus tangerentur, palatuque gustarentur, vt in Manna missa de caelo, in aqua mirabiliter de petra erumpente. Et tamen subdit Psalmista: Et infirmata est. Brunonius: Haereditas ipsius fuit populus Hebraeorum, que infirmata est, Domino minime credendo. Ita vt in Horeb fecerint vitulum, quem adorauerunt. Sed et populus manducare, & surrexerunt ludere, Exod. 32. num. 6. Caietanus legit, illudere, vero nempe numini falsum sacrificium venerantes. Et tamen Rahab meretrix, cum ex auditu percepisset illa mirabilia, credidit in Deum, sicut ipsa dixit Iosue 2. num. 10. Audiuimus, quod succauerit Dominus aquas maris rubri ad introitum vestrum. Et num. 11. subdit: Dominus Deus vester, ipse est Deus in caelo sursum, & in terra deorsum. Cur tot signis visis, & palpatis populus Hebraeus non credit, maxime verò ex auditu Rahab Gentilis? Hebraeus incredulus ad fidem veram Dei, Gentilis verò ad illam maxime propensus. D. Chrysolomus homil. 4. de laudibus Pauli tom. 3. Quoties autem Iudaei, ait, vocem audiere de caelo, in Novo, & Veteri Testamento, nec tamen facti sunt idcirco meliores? nam in Veteri Iudaei post mille miracula, pro Deo vitulum, quem fecerant, adorauerunt. At verò Hierichontina meretrix, que nihil omnino ex mirabilibus viderat; ostendit tamen fidem in exploratorum susceptione mirabilem. Quod multis exemplis confirmat idem Chrysolomus sic pergens: In terra quoque reprobationis, Iudaei signa cerentes, pernebant lapidibus duriores: Niniuia verò Ionaem solum videntes crediderunt, & egerunt penitentiam: in Novo etiam Testamento sub presentia ipsius Christi, latro quidem, cum crucifixum cerneret, adorauit: Iudaei verò, qui eum spectauerunt mortuos suscitantes, & vincerunt, & affixerunt cruci.

69. Psalm 67. Lorin.

Brunon.

Exod. 32.

Caietan.

Iosue 2.

Iudaei increduli ad fidei, Gentiles propensi ad illa.

Chrylost.

70. Cant. 2.

Hebr.

Inc. 15. Hieron. Ambros. Augult. Beda.

Populus Hebraicus Christum habuit in odio, Gentilicus in amore. Paschas.

Paschas.

X

pium: